

Salmasio

Nobilissime Vir.

[367]

Gravi vulnere de caelo tactus es. sed qui te dicendo hactenus
mirabilem praestitisti, nunc benigne et agendo stupendum
das. cuiusmodi enim illa sunt, à gemino funere etatis
simorum pignorum, tam subitâ fortitudine tibi impo-
rare, ad te redire, ad amara studiorum, ad ipsas Musas
plane quasi si nihil contigisset, et perstrictus tu quidem
levi fulmine, non laesus esses! Haec, mi heros, ingenti
animi generositate inuictâ, et si amicos etiam patens
de suo conferre, quod ad nobile institutum faciat, et
auocando tibi ab inutili dolore, ecce meam inter primos
curtam suppellectilem excutio, ut si ridendi hora nondum
redieris, certe ridentem verum dicere audias, et cum
novo Pontifice meo more garrulentem. Quinimo de
electione capulari Papae dissentens, ut qui Pasquino et
Masforio maledicendi voluptatens emitti invidere
audeam. Adjicio sententiam de Coma, quâ, si te satis
assecutus sum, gravis controversia dirimi possit. Ig-
nosce nimiam libertati. Statueram Hagâ demum
his te nugis obtundere. Invitavit ingenii illa tui
alacritas, ut jam nunc illas representarem. Deinde
novitatis gratiam captare visum fuit, cum ea
itinere destinaverim, Zulichemum excurrere, Hollan-
diam non visurus, nisi octiduo post victorem Principem.

Bergis ad Romam 17^o Octob.

Vere tuum

C. H.

1644.

J. Foresto.

Nobilissime et Amplissime Domine

[368]

Quo igne incalueris nescio. febrilem quidem illum, quem
pridem defebuisse spero, satis certus sum ejusmodi scin-
tillas non emittere, quales in Paenatio nuper misso
agnovi lucidissimas. At enim vero, praeter illas hinc
in aetate jam propectulâ, ingenii usque juveniles flammâ
ignea fax